

www.e-rara.ch

**Tractatus Huc atque seorsim nondum editus, De Morbis Infantum
Præcipuis**

Hoffmann, Friedrich

Basileæ, 1741

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-139389>

Caput I

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



FRIDERICI HOFFMANNI
TRACTATUS
DE
MORBIS
INFANTVM
PRÆCIPUIS.

CAPUT I.

De morbis infantum in genere.

§. I.

TOT tantisque proh ! dolor mi-
seriis undiquaque cinctum est *Instituti*
mortale hominum genus, ut *ratio.*
pervideri nequeat, quæ cura,
quæ sollicitudo & diligentia sufficere
possit ad impetum tot simul & diversi-

mode invadentium morborum aver-
tendum, aut quis artium apparatus
jam intricas malignitate partes ex-
pedire, suæque restituere integritati
valeat. Docent hanc nostram fragilita-
tem suo inprimis exemplo infantes
recens nati, qui vix cum ejulatu mi-
seriam hanc salutarunt, quum jam in-
numeris obsessi periculis de salute quo-
tidie decernere coguntur. At vero, quo
majora & frequentiora impendent pe-
ricula, eo sane minus huic teneræ &
tantum non omni orbata præsidio æ-
tati concessum est, remedia tollendis
morbis idonea conquirere, aut mali sui
conditionem & magnitudinem indica-
re; nisi forte miserrimo ploratu, aliis-
que obscuris signis aliorum misericor-
diam moveat. Quæ cum ita sint, quam
maxime videtur medico salutis hu-
manæ cupidō convenire, ut ingenuo
attentoque studio imbecillæ ætatis cau-
sam suscipiens perite disquirat, quæ
mala hanc ætatem adgredi soleant,
quibus signis dignosci & quasi prædici
queant, qua cautione præcaveri, &
demum qua arte, quibusque præsidiis
debellari debeant? Atque his inductus
rationibus ego post tot labores in
medicina perpolienda feliciter exant-
latos

latos non potui omittere, quin etiam opusculo de infantum ægritudinibus conscribendo mentem manusque ad- moverem; præsertim cum ab aliis, qui in eodem studiorum genere defudarunt, multa aut intacta & non satis digesta, aut certe emendatione quadam digna relicta deprehenderim. Nec minorem mihi fructum ex hoc meo suscipiendo labore polliceor, quam quem, Deo annuente, jam ex reliquis medicinæ meæ systematicæ tomis satis abundeque conspexi: siquidem non vana, non imaginaria & falsis opinionum commentis fundata, sed vera, & tum rationi, tum experientiæ conformia proponam, quæ in artis exercitio per dimidium sæculi & ultra occupatus constanti meditatione & observatione didicisse gaudeo.

§. II.

Primo autem omnium præcipui infantum morbi erunt indicandi, antequam ad causarum nexum, ex quo illi prodeunt demonstrandum, nos accingamus. In quo quidem perficiendo ducem eligere placet præstantissimum artis nostræ parentem, HIPPOCRATEM, qui ætatis morbos *lib. III. aphor.*

*Historia
morborum
infantum
ex Hippo-
crate.*

XXIV. XXV. & XXVI. ita pro more suo eleganter & concise describit: *Qui in ætates cadunt morbi, huiusmodi fere sunt: puerilis & nuper in lucem editis aphthæ, vomitiones, tusses, vigiliæ, pavores, umbilici inflammationes, aurium sordes humida, quibus nos ventris tormina addimus, sunt familiares: cum jam dentire cœperint, gingivarum molesti pruritus, febres, convulsiones, diarrhææ maximeque cum edunt caninos dentes, & iis præsertim, qui inter pueros crassissimi sunt, alioque adstricta, eveniunt. At vero, cum ætate processerint, quod ab anno quarto ad decimum usque & longius intelligendum est, tonsillarum inflammationes, vertebrae, quæ est ad occiput, introrsum luxationes, asthmata; calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucæ pensiles, satyriasis, stranguriæ, strumæ & alia tubercula, præcipue vero prædicta male adficiunt. Hæc qui altius secum reputat, facile perspiciet, cuivis infantum ætati morbos quosdam esse familiares, qui corpus aliter atque aliter adficiunt, longius vel brevius durant, & plus minus periculi præfagiunt. Siquidem mutata corporum propter ætatem textura mutatoque vivendi genere, non potest*

non

non ipsa subjectorum ad suscipiendos morbos dispositio immutari & postera ægritudinum ratio à pristina valde recedere. Quamobrem etiam, si de infantum adfectibus differendi animus est, simul omnes ætatum periodos debemus complecti, minimeque omnium strictiori tantum sensu infantes in lucem vix editos considerare; sed provectiores etiam, qui ad decimum usque annum pervenerunt, intelligere, ne forte aliud morbi genus explicemus, aliud silentio prætereamus.

§. III.

Sic igitur ex HIPPOCRATE puerorum morbos enarravimus præcipuos, quorum nonnulli quidem per se statim patent, nonnulli autem difficilius cognoscuntur; quare proxime jam supeditanda erit accuratior illorum diagnosis; quæ tamen adeo difficilis, abscondita & inexpedita est, ut sæpe vel oculatissimi in dijudicando hallucinentur. Neque enim pueruli ipsi ob vocis articulatæ defectum, morbi sui indolem & nocendi potentiam nobis possunt enarrare, neque ex urina vel curiosissime examinata, neque ex pulsuum ictibus, vel accuratissime observatis, neque tandem ex

Diagnosis.

habitu externo, qui ut facile in pejus, ita subito in melius mutatur, firmum stabileque judicium potest desumi. Nam urinæ minimorum recte valentium perinde ac morbo quodam laborantium sæpe sunt crassæ & turbidæ, & pulsus ab innumeris fere causis potest mutari, & vel accelerari vel retardari, ut explorantibus plerumque imponat. Ne autem utraque ex parte dubius relinquatur artifex, mulierculæ adstantes, quæ curam pusillorum gerunt, probe sunt explorandæ: an infantes ejulatus edant, corpus inquieti jactitent, & vigiles diem noctemque transigant; an ructus sive acidus sive nidorosos explodant, vomendi conatus ipsosque vomitus, & quales habeant; an singultu nervorumque agitationibus convellantur, an tussi & respirandi difficultate laborent, an flatus & feces libere dimittant, quem excrementa colorem referant, quam consistentiam habeant & similia? Præter hæc vero, inquirenti medico permultum accendetur lucis, si corpus a capite ad calcem inspiciens probe examinet, an extrinsecus rubedo cujusdam partis inflammatoria, an quædam exanthematum species, aut aliud vitium se manifestet;

nifestet; item si ore diducto disquirat, num fervidum halitum tenelli emittant, fauces pustulis obsessas habeant, vel gingivæ quadam intumescencia & phlegmone laborent. Siquidem ex his omnibus tanquam ex principiis cognitis ad incognita non obscure licet concludere.

§. IV.

In causarum serie explicanda à vero haud aberrabimus, si causam adfectuum infantilium formalem & materialem 1) tam in habitu corporis laxo & molliori, quam in redundante succorum pituitosorum copia admodumque delicato fibrarum & membranarum sensu reponimus. Etenim, quum in prima hac ætate solidæ partes propter molliissimam, qua gaudent teneritudinem fluida non satis vegete possunt propellere & per tenuissimos canaliculorum ductus circumagere; facile inde potest sanguinis & humorum circuitus retardari, & saluberrimum excretionum negotium cohiberi; quod si accidit, non tantum succi magis magisque copia increscunt, verum etiam spissi evadunt, & crasin plane alienam salino-acrem adsumunt. Quid vero inde? ex tali humorum plenitudi-

ne

*Causa proxima est
1) debilitas
& sensibilitas generis nervosi.*

ne non modo fiunt stagnationes variæque fluidorum subsistentium corruptelæ, sed etiam à nervorum subjacentium pressione aut distensione violenti concitantur spasmi, quorum vehementia omnes tam solidæ quam fluidæ partes cum tota functionum œconomia perturbantur, & tenella infantum corpora, quæ ad recipiendas vel levissimas impressiones valde disposita sunt, in morbos & repentinos & vehementes conjiciuntur facillime. Neque adeo difficilis erit labor, ex jam allegatis phœnomenis præcipuarum ægritudinum infantilium veras reddere rationes. Supposita enim humorum pituitosorum abundantia & stagnatione, facile potest concipi, quam ob rem ad crebriores defluxiones catarrhales, rheumatismos, pectoris oppletiones, liquidas alvi dejectiones & diarrhoeas, tumores glandularum, aurium fordes humidas & similes affectiones tenera ætas sit proclivis. Supposita succorum depravatione & acrimonia facile patet, cur frequentius aphthis, variisque cutis exanthematibus pueruli adficiantur, & supposita demum exquisita nervosi generis sensatione, clare apparet, cur tam vehementibus partium tam inter-

Da
interna
fionib
vel l
ferit.
fibrill
dolor
mole
dister
gusti
mem
medu
percre
vulviv
propte
pagines
rentes
affimati
juncto
tunicar
obtend
ex den

Neque
causa
longe
optim
pres I
ut om
teneræ
nullus

internarum quam externarum tor-
sionibus ac spasmis torqueantur, si
vel levissima irritationis causa præce-
ferit. Ita enim propter sensibilem
fibrillarum intestinalium texturam in
dolorifica ventris tormina, in per-
molestas ventriculi & intestinorum
distensiones, atque periculosas an-
gustias incidunt; propter facilem
membranarum, cerebrum & spinalem
medullam investientium irritationem
percrebro motus epilepticos & con-
vulsivos artuum subsultus experiuntur;
propter tenuissimas nervorum pro-
pagines ad pulmonum viscus decur-
rentes sæpiissime tussi convulsiva &
asthmate cum suffocationis metu con-
juncto, ac demum, ob exquisitum
tunicarum sensum, quæ intus ori
obtenduntur, pessimis symptomatibus
ex dentitione difficili laborant.

§. V.

Neque dein 2) in constituenda
caussa materiali parum valet acidum
longe multumque præpollens, cui
optimus morborum infantilium inter-
pres D. D. HARRIS tantum tribuit,
ut omnes fere ac singulos adfectus
teneræ ætati familiares inde deducere
nullus vereatur. Et profecto in pluri-
mis

2.) acidum
prævalens.

mis tam ex ructibus & vomitibus acridum redolentibus quam ex fecibus potest suboleri, aut vel ex eo satis dijudicari, quod non modo lac, unde vivunt infantes, perfacile acescit & coagulum subit, verum etiam ipsorum succi, qui tenues atque lymphatici sunt, vix magis in aliam, quam in acescentem diathesin inclinant. Sicut enim paulo provectoris ætatis homines, phlegmatica temperatura præditi, magnæque succorum pituitosorum copia turgidi, in nocivam lymphæ coagulationem præ aliis proni existunt, admodumque facile in purpuram albam, quæ ejus progenies est, incidunt; ita eo minus dubitandum est, quin in infantibus acida humorum intemperies longe citius faciliusque possit contingere.

§. VI.

Causæ remotæ debilitatis sunt: Dispositio hereditaria.

Proxime nunc etiam causas infipiciamus procatacticas. Jam quidem, si debile solidorum robur intuemur, deprehendimus, omnes omnino infantes & sua ipsius natura adultis esse debiliores, & sensatione magis exquisita præditos; nihilo minus tamen causæ quædam subesse debent speciales, quæ præcipue ad insignem generis nervosi debilitatem & mobilitatem

con-

contribuant, ut in his magis, in aliis minus perversi motus cieantur. Nihil vero, me iudice, ex omni causarum classe magis huc confert, quam dispositio quædam hæreditaria, à parentum alterutro in sobolem propagata: quare sæpissime usu venire solet, ut à parentibus non ita bene valentibus, aut crebriori veneris usu & rerum abstrusarum investigatione confectis, aut senio fractis, aut luxu corruptis infantes progignantur, qui à primo conceptionis actu infirma valetudine utuntur, & vitia quædam connata habent, quæ nulla unquam arte aut solertia possunt removeri. Id quod nisi obstaret, minime nos haberemus tot ubique podagricos & calculosos, qui suæ miseriæ solatium anxii apud medicos frustra quærunt.

§. VII.

Si qua autem labes mediante generatione in teneram progeniem traducitur, à matre profecto uterum gerente hoc maximam partem fieri solere deprehendimus. Dicit enim vix potest, quantum prægnantium plurimæ, nisi maximo virtutis studio teneantur, in appetitus omnino depravatos pronæ sint, quamque in-

anibus

anibus curis, vagis desideriis & imaginationibus, terrore, timore, mœstitia, iracundia, fastu, vindictæ cupidine, aliisque mentis motibus agitentur: unde non potest non sanguinis circulus vario modo turbari atque tenerrimis & quasi adhuc tremulis foetus stamini- bus inimica quædam vis imprimi. Idem mali pertimescendum est, si genitricis intemperantiæ deditæ multis cibis, iisque sæpe incongruis, ventriculum obruunt, aut potibus spirituosis plethoram sub graviditate collectam sæpe commovent, nec tamen ejus copiam venæ sectione detrahi patiuntur. Quo etiam illæ pertinent foeminæ, quæ motibus hystericis valde sunt obnoxia, & peracta conceptione viros crebrius admittunt; siquidem frequentior coitus, nonnul- lorum testimonio, ad morbosam debilemque prolem gignendam per- multum conducere creditur.

§. VIII.

-- debilita-
tio in ipso
partu.

In ipso etiam partus labore tenera proles sæpe infirmatur, dum aut ma- tres segnitie sua foetus exclusionem retardant, aut impatientia accelerant. Idem perficitur remediis calidis par- tum promoventibus, aut ab incon- sulto

D
fulto c
lentam
lemcu
impro
pitis
primu
lyses
morti
tur.

In
perfac
fibrilla
tur, si
quodam
clamore
item per
nem, v
cutiunt
dam anim
terrore ac
tibus ma
Hinc nihil
vari gen
cationes
noli inte
nes &c.
pian, q
gillas, i
tiones, p

sulto obstetricum ministerio per violentam foetus extractionem, & qualemunque læsionem; siquidem ab improvidis istis mulierculis futuræ capitis laxæ cohærentes ita sæpe comprimuntur, ut inde epilepsiæ, paralyses aliaque horrenda mala cum mortis periculo conjuncta concitentur.

§. IX.

In infantibus utero jam exclusis *- animi affectus in matre & prole.* perfacile etiam sensibiles nervorum fibrillæ ad anomalos motus stimulantur, si quando aut ipsi pusilli terrore quodam inopinato, ut per repentinos clamores, excitationem ex somno, item per jocosam nutricum impressionem, verbis & gestibus factam, percutiuntur; aut si lactantes pravo quodam animi affectu & maxime quidem terrore ac iracundia perturbatæ fugentibus mammas nimis cito offerunt. Hinc nihil est solennius, quam quod varii generis spasmi, nervorum vellitationes, arrosiones, ardores, torminosi intestinorum dolores & inflationes &c. presso, ut ajunt, pede excipiant, quæ se per inquietudinem, vigiliis, manuum pedumque jectigationes, pavores, ejulatus, imo etiam

B

per

per epilepticas convulsiones abunde satis manifestant.

§. X.

-- aeris
mutatio-
nes, inpri-
mis frigus

-- regimen
nimis cali-
dum &
medica-
mentorum
usus

Præter hæc vero in debilitando commovendoque solidorum robore multum sibi vendicat excessiva aeris, præsertim frigidi intemperies, aut subitaneæ caloris & frigoris se invicem excipientium vicissitudines, quæ sicut natu grandioribus nervorum quadam imbecillitate laborantibus, ob transpirationem suppressam, ingentem in modum adversantur: ita longe magis infantibus, qui aeris injurias ipsi proletare nesciunt, maxima minantur damna. Nec denique è contraria parte excludendum est nimis curiosum, calidum & delicatum tenellorum regimen, item crebrior medicamentorum sine necessitate usus. Tali enim ratione non modo infantes liberioris aeris insueti vel levissimas auras ægrius ferunt, verum etiam à medicamentis, præsertim activioribus ipsorum natura valde plerumque alteratur, & in moderandis motibus perturbatur. Et cum honoratiores præcipue ac divites pessimum hunc morem teneant, plane non mirum est, cur ipsorum liberi longe debiliores sint,

sint, longeque frequentius ægrotent, quam pauperum, his adminiculis destitutorum.

§. XI.

Hæc autem omnia non solum de pueris lactentibus valent, sed etiam eodem jure de illis intelligenda erunt, qui ætate jam paullo processerunt. Debilitato enim solidorum robore & concepta aut in utero materno, aut ex vitio nutricis ad morbos dispositione; facile judicari poterit, nec minores nec pauciores morbos, facta etiam ab lactatione, posse succedere; sicut proh! dolor innumera puerorum male afflictorum exempla docent luculentissime.

§. XII.

Causæ, quæ ad ingignendum acidi proventum conferunt, iterum variæ sunt, atque ex his etiam nonnullæ, quas jam enumeravimus. Quam maxime autem huc referre decet omnia, quæ lac aut in ipsa nutrice aut in sugentibus corrumpunt, idque crassum & impurum efficiunt, aut in coagulum prorsus condensant. Id quod ex parte nutricum variis modis potest accidere, & maxime quidem, si ipsæ, præter inordinata animi pa-

Causæ remotæ ad acidum contribuentes ex parte lactantis

themata, fructus horæos, caseum, acetaria, acida, acria, & falsa copiosius ingerunt, vinaque acida & spiritum vini liberalius hauriunt. Si quidem his omnibus lac viscidum & crassum ingeneratur, quod infantibus oblatum facile acefcit & non modo ad pertinaces primarum viarum & mesenterii obstructions disponit, verum etiam calculi in vesica generationem, quæ non infrequens huic ætati est, oppido promovet: ne dicam largiori spirituosorum usu lac repente æstum concipere, & per mammas lactentibus transmissum febres ardentes posse accendere. Neque sola ciborum qualitas, sed quoque excedens ipforum quantitas valde nocere solet; dum se nutrices cibus, quamquam optimis, supra modum faginant, vel cerevisias consistentiores easque parcius bibunt, neque tamen corpus sufficienti motu exercent, sed in alto potius otio commode vivunt: qua ratione non potest non crassior lacti consistentia conciliari, idemque salutis dispendium induci. Similem nocendi potentiam habet validum frigus, improvide mammis admissum; utpote quod lactiferos mammarum tubulos

bulos
haud
ver
mod
lem
enda
vel n
nis t
stivo
quæ
cessa
enim
lacry
gestit
tionem
donec
pristin
demun
nutrix
alvo a
ac flat
sanguin
poris p

Ex
accusa
valde
accipiu
habent
exhauri

bulos coarctando, lac ad spissitudinem
haud parum disponit. Præter hæc
vero lacteus ille liquor ingentem in
modum alteratur & ad pravam indol-
lem in fugentium ventriculo fuscipi-
endam disponitur, si quando matres
vel nutrices lasciviores durante lactatio-
nis tempore mariti amplexus intempe-
stivos admittunt; aut si menstrua,
quæ in gravidis & lactantibus ordinario
cessant fluxu fluere incipiunt. Tum
enim parvuli plerumque languidi,
lacrymosi ac imbecilles fiunt, suisque
gestibus satis indicare videntur, lacta-
tionem tam diu esse differendam,
donec, obturato hoc fonte sanguineo,
pristinus matri vigor redeat. Neque
demum lac parum corrumpitur, si
nutrix passionibus hysteris patet,
alvo adstricta laborat, & ob spasmos
ac flatu in primis viis collectos variæ
sanguinis & humorum ad varias cor-
poris partes congestiones producuntur.

§. XIII.

Ex parte infantum multa pariter -- *ex parte*
accusanda veniunt. Inprimis autem *infantum*
valde lædi solent, si nimium alimenti
accipiunt, & quodocunque male
habent, præter voluntatem mammas
exhaustire debent, vel etiam si pulticu-

lis viscidioribus plus iusto infarciuntur. Quando enim infantes, iique præfertim teneri ac parvi, tantam molem in ventriculo non satis possunt subigere; hæc plerumque in acidum magna faceffit, unde tonus ventriculi & intestinorum destruitur, maximaque sanitatis damna, ut fere sunt inflationes stomachi cardialgicæ, pectoris angustiae & similia in teneram prolem derivantur. Quam in rem egregia sunt, quæ B. ETTMULLERUS in dissertatione, quam *valetudinarium infantile* inscribit, ex vero protulit: *lactis superflua & tantum non coacta infusione matres pueros suos nimis alendo sæpe necant, & dum lactant, macant. Sicut enim omnis nimia repletio, ut panis adultis, sic lactis recens natis pessima est. Sic quoque valde peccatur, si cibi varii & sæpe incongrui, acidi, acres, falsi, multæque carnes præter necessitatem devorantur, vel si vinum, ut pancreaticus mos est, ad roborandum & ploratus componendos sæpius propinatur: siquidem hæc lacti admixta coagulationem inducendo, ventriculum valde infirmant, variosque morbos excludunt. Quo demum pertinet crebrior lactis cum nutricibus mutatio. Sicut enim adulti*
non

non æque bene mutationem potus & cibi ferre possunt ; ita hoc simili ratione longeque magis de sensibilibus infantum corporibus prædicandum esse per se liquet.

§. XIV.

Hæc omnia lactationis tempore commissa plerumque etiam in pueros ablactatos redundant , aut certe tum demum temporis vim suam sanitati adversam exserunt, maxime cum , neglectis diætæ regulis , à teneriori alimento ad crassius , ad carnis esum variaque incongrua subito transcendunt ; utpote in his omnibus præcipuum morborum puerilium fundamentum residet.

§. XV.

In prognosi ferenda primo omnium probe tenendum esse arbitror , quod *Prognosis.* infantes , qui non à teneris , delicatis corporeque & animo morbidis parentibus , inprimis matribus geniti fuerunt , præ aliis corpore & animo firmi , vegeti atque robusti esse soleant , nec tam facile damna à rebus externis rependant , neque morbis tam cito implicentur , aut etiam impliciti felicius inde evadant. Idem fieri deprehendimus , si bene valentes non

adeo bene & delicate in victu & regimine observantur, sed tempestive perferendis mutationibus successive adfuesiunt. Possunt enim consuetudine à teneris ita formari & quasi indurari, ut ne ab externis injuriis tam facile lædantur: sicut quam maxime in infantibus rusticorum & ex infima plebe natorum videre licet, utpote qui neque sanitatis incommoda tam repente fuscipiunt, neque morbis tam graviter & tam diu, quam quidem magnatum delicatuli, laborant. Tum quoque sciendum est, omnes infantum morbos, licet innumeri sint, faciliorem promittere sanationem, quam adutorum, si rite illa instituantur. Nam prout tenerrima infantum corpora à rebus adversis facillime impressionem recipiunt nocivam; ita è contrario à medicamentis & rebus naturæ amicis libenter admittunt meliorem, ut ideo tot puerorum funera deplorare non opus esset, nisi sæpe medici ipsi nocendo ista pararent. Præter hæc constantis est observationis, infantes corpulentiores & spongiosiori carne præditos, item qui lacte copioso vescuntur, aut nutricem habent succi plenam & corpulentam, præ aliis frequen-

frequentius morbis adfici, maximeque rachitidi, tussi convulsivæ & aphthis esse obnoxios; cum contra macilentiores frequentius febribus & inflammationibus pateant. Qui alvi sunt fluxilioris, plerumque melius se habent, quam qui sunt adstrictæ: & demum cum convulsivi membrorum subsultus, epilepsiæ & tormina maximam infantum partem vita privent; sciendum est, pessimum indicium, si ista mala cum diuturnis vigiliis sint stipata.

C A P U T II.

*De regimine recens natorum & præse-
vatione à morbis infantilibus.*

§. I.

QUicumque avertere cogitat graviores infantum morbos, præcipue omnium eo debet respicere, ut à primo nativitatis momento omnes abigat causas, quæ morbos possunt ingenerare, teneraque infantum corpuscula periculis objicere. Operæ itaque pretium fore confido, si in præsentī capite breviter strictimque doceam, quæ circa victum,

*Instituti
ratio.*